




Traiectum Wttrecht

<https://hdl.handle.net/1874/351073>

TRAIECTUM

WTTRECHT



- | | | | | | | | |
|-------------------------|------------------------|-------------------------------|----------------------|----------------------------|--------------------------------------|------------------------|------------------------------|
| 1. S. Maria Collegie. | 8. S. Stevens brugh. | 16. 't Vlees huys. | 22. S. Marcus brugh. | 38. S. Ieronimus. | 44. S. Servaes Ab. 35. S. Magdalena. | 50. Dylhouwers Tooren. | 56. S. Romenburgh brugh. |
| 2. De Buzer Kerck. | 9. S. Jacobs brugh. | 17. 't Oelder 't Vlees huys. | 23. S. Sabator. | 39. S. Paul brugh. | 45. De Volders brugh. | 51. De Kruen. | 57. S. Martens Cappel, buytē |
| 3. S. Goerten Kerck. | 10. De Vlietbrugh. | 18. S. Margareet. | 24. De Gaerē brugh. | 30. S. Katherine brugh. | 46. S. Goerten Brugh. | 58. De Breefstrat. | 58. De Breefstrat. |
| 4. S. Claes Kerck. | 11. S. Lans brugh. | 19. Plompen Toorn. | 25. S. Paul Ab. | 31. S. Brigitten Clooster. | 47. S. Anna. | 59. De Voestruet. | 59. De Voestruet. |
| 5. S. Pieters Collegie. | 12. De Backers brugh. | 20. 't Wite Vrouwen Clooster. | 26. S. Martinus Dam. | 32. S. Katherinē. | 48. S. Agneten. 41. S. Nicolaes Cl. | 60. S. Hiel. | 60. S. Hiel. |
| 6. S. Jans Collegie. | 13. De Boyr brugh. | 21. De Mindr Broeders. | * 't Paas Hief. | 33. Brigitten brugh. | 49. S. Anonbrugh. | 61. 't Heilige Kruys. | 61. 't Heilige Kruys. |
| 7. S. Jacob. | 14. S. C. du Clooster. | 21. 't Vli brugh. | 27. Ierusalem. | 34. S. Magdalena brugh. | 52. S. Sterckenbrugh. | 62. Vreeborg. | 62. Vreeborg. |
| | | | | | | 63. Observatorium. | 63. Observatorium. |

Sunt præterea Ultrajecti amplissima duo Cœnobio, alterum Equitum Melitenfium, alterum Teutonicorum, suo utrumque templo & superbis admodum ædificiis nobile. & illius quidem cœnobii caput vulgo audit *Bailivius Divæ Catharina*: hujus vero, *Commendatarius terræ*. habent enim complura luculentissima sacerdotia; quas Commendas vulgo indigetant. ne quid dicam de innumeris illis prædiis; quæ in variis Belgicæ partibus & Provinciis possident. ita ut splendide profus & magnifice vivant. quod percommode quidem multis hominibus cedit, qui magnificentiam istam & splendorem libenter admittunt. Fuit item egregium illud & opulentum cœnobium Divi Pauli, ordinis Benedictini, quod spisso ab incolis accolisque frequentabatur. Fuerunt & alia multa templa, & varia variorum ordinum atque professionum utriusque sexus cœnobio. inter quæ, duo illa potissimum eminebant, in nobilissimum, aliarumque primariarum virginum, *domicellas* appellat, usum extructa: alterum Ordinis Divi Bernardi, alterum vero Præmonstratensis. Extra urbem denique, & à duplici ejus parte, neque procul à mœnibus, tria erant virginum domi nobilium, vel saltem primariis civibus oriundarum, cœnobio: quorum unum communiter audit *Ten Dale*, ad Vallem, Ordinis Divi Bernardi: alterum, *Oude-Wijk*, id est veteris Vici, ordinis Divi Benedicti: tertium denique *Dyounwen-Blooster*, quasi dicas Cœnobium fœminarum, in amœno admodum luco & juxta longissimam quamdam silice stratam viam extructum, Benedictini item est Ordinis. agebant autem in monasteriis istis religiosæ illæ & piæ virgunculæ piæ & religiosam vitam. Fuit insuper in propinquo, & alio quodam pulcherrimo nemore, amplissimum illud Cœnobium Divi Laurentii, Benedictini itidem instituti. cujus monachi tam austeram olim & arctam agebant vitam, ut locus passim audiret *Benedictinorum carcer*, etsi proprium ei & vernaculum nomen *Oosthooek*. Nec omittendum hic, extra portam Ultrajectinam, qua Amstelodamum tenditur, ad quartam dumtaxat milliariis partem, & aquagii illic ripam, nobilissimum & opulentissimum Ordinis Divi Brunonis, sive Carthusianorum cœnobium, quod frequentes quotidie summa cum pietate elemosynas erogabat.

Cives Ultrajectini humani, industrii, locupletes. nec defuere hic umquam viri insignes, & virtutibus inelyti. qualis adeo nuper Hadrianus sextus Pontifex maximus, piæ memoriæ Princeps, & inter clarissimas Belgicæ terræ stellas. qui sola nixus virtute, cum summa doctrina conjuncta, renuntiatus est primum utriusque Juris Doctor, & laudatissima quædam edidit scripta. in mathesi item excelluit, & in ipsa Lovaniensi urbe & schola, ubi multum diuque studuerat, varios dignitatum & emolumentorum gradus, etsi minime talium appetens, ultro delatos accepit. ita parce deinceps & frugaliter censibus illis usus, ut ingenti quadam fiducia Lovanii struxerit amplum illud Collegium, quod hodieque nomen ipsius conservat, & Pontificum dicitur. Hinc autem sparsa jam passim fama præceptor adscitus fuit Carolo Quinto Imperatori etiam tum puero. cujus vice Legatus abiit in Hispaniam ad Ca-

tholicum Regem Ferdinandum. hic ob egregia merita mox delatus est viro Episcopatus Ecclesiæ Dertusensis. postea commendatione Maximiliani Cæsaris, ad sublimem illum Cardinalatus honorem evectus, defuncto jam Ferdinando, & item Philippo primo, Catholicis Regibus, regnis illis, vicario Caroli nomine, diu feliciter præfuit: donec tandem postridie nonas Ianuarias anni 1512, concordibus Sacri totius Collegii, demto unius Cardinalis Vrsini, suffragiis, (ea erat jam viri fama) renuntiatus est Pontifex Maximus. quo nuntio in Hispaniis, sicut rem divinam celebraturus erat, accepto, nihil tamen commotus est; sed qua erat prudentia, vultu pariter & sermone ad severitatem composito, dolere se magis, quam latari ostendit.

Erat sane optimæ indolis Princeps, & vel maxime in amicos pronus, quorum intimi quidem & præ cæteris familiares erant Guilielmus Enckevordius, postea S.R.E. Cardinalis, Albertus Pighius, & Adrianus Marselarius Antverpianus, Pontifici à Cubiculis, honestissimus & virtutum studiosissimus vir. Scripsit fusc & publicavit cum Hadriani, & aliorum quorundam Pontificum vitas, tum & alia quædam scripta, Doctor Consalvus Illescas Hispanus. Ego inter omnia viri epitaphia non aliud sane invenio, quod, meo quidem judicio, magis ipsi conveniat, quam istud: *Hadrianus Sextus hic situs est: qui nihil sibi infelicis in vita duxit, quam quod imperaret.*

Hodie Ultrajecti vivit D. Maria Schuermana, Latinæ, Græcæ, Hebraicæ, aliarumque linguarum doctissima, omniumque fere scientiarum & artium laude florens, ut merito Musarum decima dici possit.

Sedem insuper Ultrajecti habet Concilium quo totius Provinciæ provocationes, ceu ad summum tribunal, deferuntur. constat autem id ipsum ex Præsidente, novem Senatoribus, Quæstore, Graphiariis, Secretariis, & id genus ministris.

Academiam hic instituerunt Illustrissimi Ordines Ultrajectini anno 1535, evocatis undique viris doctissimis, juxta ac celeberrimis, tum in Theologia, Jurisprudentia, Medicina, Philosophia, & Mathesi.

Sed quod familiam ducit, nobilitatur clarissima ista Civitas perantiquo & potenti in primis Episcopatu, estque ut diximus luculentæ & amplæ admodum Ditionis Metropolis. etsi longius tamen latiusque patuit ejus imperium, cum primum à Dagoberto Francorum Rege datum est Divo Willebrordo Anglo-Saxoni, primo Ultrajectensium Præsuli, Romæ à summo ipso Pontifice Sergio coram inaugurato, & Clementi deinceps dicto. qui, ut habet historia Venerabilis Bedæ, pariter Anglo-Saxonis, vita functus est anno Christi 1036. Huic in Præfultu successit Divus Bonifacius. & horum quidem sanctissimorum Præsulum tempore Civitas valde floruit, ita ut Archiepiscopatus dignitatem & titulum sibi invenerit. qua ipsa tamen, post affectum martyrio posteriorem illum Divum, iterum fuit exorta: translata videlicet, de ipsius Ecclesiæ Trajectensis, graviter tunc à Normannis oppressæ consensu, Archiepiscopali sede Coloniam Agripinam. Sed instaurata mox fuit ab Rege Pipino, & filio

Nomen.



X quorundam scriptorum sententia, Ultrajectum initio dicta fuit Antonina, ab Antonio Senatore Romano, qui, relicta propter Neronis tyrannidem, Roma in oras istas delatus, urbem inibi istam condiderit. quam

diximus spatio, quod & tabula geographica factis ostenderit, illo abjungentis, quod cum Philippo Regi coram monstraretur, extrema quædam voluptas ei oborta est. certum etiam, facta inter viros egregios sponsione, compertum fuisse, rem ita ut diximus sese habere. amplius, posse aliquem mane Trajecto egressum ad quodvis è sex & viginti prædictis oppidis etiam lento gradu inambulanti accedere, genio inibi indulgere, & vespere domi rursus ad cœnam adesse.

Ultrajectum pulcherrimam habuit & munitissimam arcem, à Carolo Quinto Imperatore, paulo post quam hoc statu potitus esset, extructam, & vernacula voce *Dydenburgly* id est arcem pacificam, nuncupatam.

Origo.

Verum hæc anno 1517 demolita fuit à civibus, primum per tumultum, ob gravia detrimenta quæ oppidani à præfidiariis aliquoties acceperant; dein Ordinibus generalibus conviventibus, & Joanne Austro (ut putatur) non invito, ne Principi Auraco, in cujus manus urbem perventuram prævidebat, usui esset ad sedem belli hic constituendam.

Vrbs est ampla & potens, quam concinnæ & elegantes admodum domus, tum hypogæa quoque & ædificia subterranea miri equidem & pulcherrimi operis passim exornant. Templâ ejus magna, & præsertim quinque illa primaria, totidem perantiquis reverendisque Canonico-rum collegiis olim spectanda, Divi nempe Martini, Sanctissimi Salvatoris, quod & Divi Bonifacii dicebatur, Divi Petri, Divi Joannis, & Divæ Mariæ. quod postremum, pulcherrimum sane & artificiosi admodum operis templum est, conditum à Frederico Ahenobarbo Imperatore, idque luendæ in partem multæ, ipsi à Pontifice Maximo, ob excidium splendidissimæ urbis Mediolani, & omnium inibi delubrorum, ut perhibent, irrogatæ. Miraculo fuit, cum jacerent hujus templi fundamenta, inventam fuisse voraginem quandam, sive gurgitem verticosum: cui cum nihil omnino posset superstrui, & in fundum iret quidquid injiceretur (plane ut de Dianæ illius Ephesiæ templo apud veteres legimus) bubulæ pelles ingestæ sunt. quo facto solidatus tandem est fundus, & superstructa ei hæc ædes. In cujus rei memoriam extant apud Ultrajectinos hi versus:

Situs.

Nunc Vechta haud procul mœnibus illius labens, & fossa inde à Durostata ex Lecca deducta, (quam vulgo vocant *de Vaert*) annoque millesimo sexcentesimo quarto, ab Ordinibus hujus provinciæ profundior reddita, subvectionum opportunitatem summam illi præbent.

Fossa.

Vrbem perlabantur duo alvei, eamque per longitudinem secant; nimirum ille quem *de Vaert* appellari diximus, & alter à Clero & Nobilitate effusus, qui *de Nieuwe gracht* nuncupatur, splendidis ædibus utrimque decoratus: ambo autem quinque & triginta latericiis & fornicatis pontibus strati sunt. Munitissima quoque est urbs; & quatuor ingentibus lateritiis propugnaculis, quinque terreis, & lateritio muro undique cincta, cum amplo vallo terreo, & lata atque profunda fossa. Quatuor illi portæ sunt, cum suis singula suburbiis; quorum unum, quod *de Vaert* vulgo appellatur, suos quoque habet muros quibus includitur, sed debiles.

Notam dignum.

Illud vero notatu dignum, eo loco positam esse hanc urbem, unde unius diei itinere (& ubi terrarum quæso hæc urbium densitas?) pedibus pervenire queas ad quodcumque liberit è quinquaginta ut minimum oppidis, nostrum hoc undique circumstantibus, nec majore saltem quam

Accipe posteritas quod post tua secula narres, Taurinis cutibus fundo solidata columna est.

Sed præcessit reliqua omnia templa sumtuosissima illa & splendidissima ædes Divi Martini, episcopali sede conspicua. in qua celebravit anno 1556 Carolus Quintus Imperator comitia Ordinis aurei velleris. Dirui jussit hoc templum, & in angustam hanc formam restitui Trajectensium præful Adelboldus, quod angustum scilicet prius videretur, nec pro cathedræ dignitate. restitutum, anno vigesimo tertio supra millesimum, consecrarunt duodecim Præsules, præsentente Serenissimo Imperatore Henrico secundo.

VIII B h 42

Aangeboden aan

Prof. Dr A. C. de Vooy ter gelegenheid van zijn
vijfen twintig jarig doctoraat 16 december 1957

J. B. Khol
Stamms
J. de Vries
Henri van Dousen.
Els Cox
J. van der
Kamp

~~Alloer~~
Dohy Pouten
M. B. Eijerman
S. S. Veelders.
C. J. Wiland
G. Ingelers
Mae van Hon

Thea Westendorp.

W. J. de Bree

J. K. Picket

Geertrijke

~~W. J. de Bree~~

~~W. J. de Bree~~

J. J. van der
Kamp

~~J. J. van der
Kamp~~

J. J. van der
Kamp

J. J. van der
Kamp

J. J. van der
Kamp